

taretur aded, ut à Dæmone vexatus, nec abs re prorsus, cum & Dæmonem haberet obidentem, videretur; utebatur nequam ille spiritus pravâ humorum corporis ejusdem Regis œconomia, ut miserum torqueret: quare requisitus David musica quædam instrumenta coram illo pulsans, tumultuantes compescebat humores, simulque afflictum solabatur. Jesus Christus, ejusque Apostoli prodigio quandoque egritudinem hanc tunc temporis familiarem depulerunt (u). Solo enim pronuntiatio Jesu Christi nomine ejusque auctoritate abire Dæmones cogebantur; quod sanè medicamen est præter omnes medicinæ regulas valens; & in Dissertatione de Medicina sola quadam rei affinitate deducendum. Sed animadvertere operæ premium est, in ea fuisse persuasionem ejus ætatis Hebræos, ut latentem omnes & incurabiles morbi Dæmoni auctori deputarentur. Legimus sanè in Evangelio, epilepticos, furdos, mutos, lunaticos, mania laborantes, torquentem in se spiritum malum expertos fuisse; quo statim à Jesu Christo five ab Apostolis pulso, salva erant omnia. Legimus de muto Dæmone (x); de altero balbutiente (y); de homine spiritu agridudinis afflicto (z); & S. Paulus 1. Cor. 5. 5. incestuosum illum Corinthium Satanæ permittens, tradere se dixit virum hunc infectissimo adversario ad interitum carnis. Et S. Marcus 3. 10. de morbis corporis agens, plagas à Deo missas appellat (*).

Frustra quis vulgi errorem & phantasiæ deliria suspicabitur; quasi nec Saul, sicut nec epileptici, lunatici, & muti Evangelii insidentis spiritus livore torquerentur. Facile enim credimus permisisse Deum, ut eâ ætate Dæmones corpora illorum agerent, qui Divinam in se ultionem criminibus provocassent; sive ut exemplum ejusdem ultionis, & timorem mundo ingerebant. Veteris enim Legis spiritus erat, ut rigidam semper austeritatem exhiberet. Erant Hebræi jugo servitutis premendi, ac pœnarum sensibilem flagello, quas illi homines rudes & carnales unice graves sentiebant, cogendi. Porro illi morbos habebant veluti Divinæ ultionis flagella, improbis spiritibus tanquam ministris utentis; eamque in populo opinionem fovendam Dominus censens, Dæmones quandoque immittebat, corpora hæc morbis insidicis torquentes (a).

Ut ad magica remedia, unde digressi sumus, regrediamur, animadvertere juvat Medicos egisse interdum eos viros, qui simul magiam, non fictam illam, profitebantur. Zoroastes inter primos medicinæ inventores, nomen habet & inter Magos celeberrimum. Circe, & Medea, ambæ medicinâ claræ, & pluribus medicis operationibus insignes, magiam aequè profitebantur. Apud Ægyptios, teste Origene, 1.8. contra Cell. Dæmones, sive Numina aeris 36. numero censebantur. Quorum singuli, diviso in totidem partes hominum corpore, singulis portionibus præerant. Dæmones illos peculiari nomine vernacu-

lâ linguâ appellantes Ægyptii invocabant; ejus potissimum opem flagitantes, cujus dominio pars corporis agridudine affecta subiciebatur.

Æsculapius, auctore Pindaro (b), febres omnes, ulcera, vulnera, dolores pellebat, sive dulcia quædam veneficia adhibens, sive mites potiones, remediisque in extima corporis superficie applicatis, sive tandem incisionibus. Fluentem è vulnere Ulyssis cruorem ope incantationum prohibuit narrat Homerus (c). Salutaria morbis interdum reputantur verba quædam, sive arte magica parata carmina; quemadmodum apud Catonem legimus ea, quæ super luxatum membrum otiosi homines obmurmurabant (d). Quæ verba interdum in Amuletis quibusdam scripta, super affectas morbo partes ponebantur, sive collo appensa gestari consueverant. Hac arte parata medicamina appellabant *Talismantos*, *Amuleta*, *Phylacteria*.

Ne ambigimus quidem, Hebræos pro ea, qua tenebantur, superstitione, rudique rerum ignoratione, hæc simul omnia remedia adoptasse. Vidimus in superioribus, non defuisse apud illos contra morsus angulum excantatores, neque pellendis Dæmonibus, annulo quodam superstitione adhibito, Magos. Sunt qui serpentem aneum Moysis pro Talismano habuerint. Sed hæc omnia curandorum morborum remedia Dæmonis invocatione valentia, Lex Domini damnat detestaturque (e). Cùm rudiores populi æneo Moysis serpente abuti viderentur, abolendum mandavit Ezechias [f]; sicut & ejusdem iussu igni traditos ferunt Libros à Salomone de arcanis naturæ scriptos; videbantur enim multi plus sibi opis sperare ex inspecta virtute herbarum, quam collocatâ in Deum fiducia. Quod accersebatur è musica remedium, ingenium magis minusque criminofum videtur; scitum est enim, quantum musica Davidis contulerit agitate Saulis melancholicæ compescendæ (g). Hanc sanè valuisse plures Medici agnoscunt in morbos corporis è turbata spiritus œconomia provenientes; quippe quæ omnia in suos ordines redigat. Id se experimento nosse Galenus (h) proficitur; pluribus enim, quibus spiritus agridudo corporis œconomiam turbaverat, musicæ remedio jusse se dicit. Si quis autem, addit, remedio illo probando Medicorum auctoritatem desideret, ille habet Æsculapium patriæ mex Numen, hoc uno solamine afflictum agridudine spiritus corpus relevans. Obstetricis Athenienses, Platone teste, facillè reddebant puerperum ope quorundam aromatum, carmina quædam simul obmurmurantes (i). Videtis nostram Dissertationem de efficacia Musica Veterum Hebræorum.

Recepta igitur erat apud Hebræos sententia, morbos plerumque Dei vindicis esse flagella, cujus essent administri, & tortores illi, quos Dæmones vocamus; quemadmodum etiam in superioribus demonstratum est. Adam, sub ipsum veluti peccati limitem, mortis pœnam in se pronuntiata sustinuit (k). Abimelech vix rapta

u Matth. 9. 32.
33. & Luc.
11. 24.

x Matth. 9. 32.
33. & Luc. 11.
24.
y Marci 7. 32.
z Luc. 13. 11.

* Ita & c. 5.
29. 34. Luc. 7.
21.

a S. Hieron.
in Matth. 9. 4.
Et datur nobis
intelligentia,
propter peccata
pleraque
evanire corporum
debilitates;
& idcirco forsan dimittuntur
prius peccata,
ut causis debilitatis ablati,
sanitas restituantur.

b Pylb. Ode
3.

c Odys. T.
feu 19.

d De re Rustic. art. 160.

e Levit. 26. 6.
Deut. 18. 10.
11. Levit. 19.
31.
f 4. Reg. 18. 4.

g 1. Reg. 16
23.

h Vide Galen. de Sanit. tuenda l. 1. c. 8. Et le Clerc, hist. Medicinæ l. 1. p. 72. 73. Gallicè.

i Plat. Theoret. p. 149.

k Gen. 3. 19.

Gen. 10. 4. 5.

m Gen. 38. 9.
10.

n Num. 12. 10.

o 2. Par. 26.
19.

p 1. Reg. 5. 6.

q 1. Reg. 6. 19.
2. Reg. 6. 7.

s 2. Reg. 24.

t 2. Par. 21.
18. 19.

u Vide Levit. 15. v. 6. & 26. 16. 21. 28. & c. Deut. 28. 17. 35. 39. & 29. 22. Job. 5. 18. Isai. 19. 22. & 30. 26. & in Ps. psal. 53. & 40. 5. & 106. 30.

x Matth. 9. 2. 3.

ptâ Sarâ, quam forem non coniugem Abrahami reputaverat, vindicem Dei manum in se expertus est (l). Ægyptii nolentes Divinis jussionibus morigeros se præbere, variis plagis percussi sunt. Her & Onan crimine detestabili id committentes, ne filii è Thamar nascerentur, subito correpti perierunt (m). Maria soror Moysis, vix à murmure in fratrem, leprâ obductum corpus exhorruit (n). Eandem leprâ ultione exeruit Deus in Azariam Regem Juda, reum attentati muneris Sacerdotalis in oblatione thymiamatis (o). Philisthæorum anus pudendâ plagâ percussus est, quod scilicet illi minus religiose Arcam observassent (p); eandemque curiosus scrutantibus Bethamis capitale fuit (q); nec mitius cum Osa adum est manus in illam protendens (r). David quod vanâ aliquâ curiositate populi census indicisset, ingenti suorum clade erratum expiare coactus est (s).

Amici Jobum tot oppressum malis & ærumnis invicentes, eo indicio reum aliquis insignis criminis arguebant. Rex Joram impietatis & idololatricæ reus acerbissimo diarrheticæ morbo contabuit (t). Quid Nabucodonosor? nonne impietatis & criminum suorum pœnam morbo, & metamorphosi luit? Quid David? nonne criminis sui cum Bethabee merito, morbo simul & morte filii ex eo concubitu nati punitus est? Tandem familiares sunt hæ loquendi formulæ in Sacris Libris (u): Dominus est qui mortificat, & vivificat, qui deducit ad inferos, & reducit; Dominus est qui vivit, & mortis, sanitatis, & morbi, utriusque pro arbitrio imperans. Judæis denunciatur futurum, ut refractarios insanabilibus morbis puniat, morigeros valetudine simul & incolumitate donet.

Hæc equè regnant in Novo, & Veteri Testamento; & Jesus Christus receptam hanc opinionem non semel confirmasse visus est; iis, quos incolentes restituerat, etiam atque etiam commendans, ne quid ultra criminis admittant; veluti insinuans morbi causam omnem peccato deputari. Allatum ad se paralyticum ita affatur (x): *Fili, remittuntur tibi peccata tua; & cùm gravius hæc verba accepisse adstantes viderentur, adjecit: Quid est facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua; an dicere surge, & ambula? Occasione autem viri cujusdam à crepandis cæci, Christum interrogant Apostoli Joan. 9. 2. 3. Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, ut cæcus nasceretur? Ac si habentes persuasum, latentis cujusdam criminis vel filii vel parentum malam fuisse propaginem hanc, qua juvenis tenebatur, cæcitatem. Sed errantes docet Christus, demonstrans nullius criminis merito morbum hunc viro obtigisse; sed Divinæ providentiæ visio factum esse, ut ad exhibendum Divinæ virtutis documentum cæcus nasceretur. S. Paulus morbos, & mortem ipsam plurium Christianorum deputat minori illi, quam in Eucharistia recipienda exhibebant, religioni. Cùm Herodes Rex Judææ persecutioni indicatæ in Apostolos alterum atque alterum*

crimen adjecisset, ut necis S. Jacobi fratris S. Joannis, carcerationis S. Petri, gravissimam in se Dei vindicis manum lenit (y); dum enim verba ad populum Cesaræ haberet, inter ipsos plaudentis populi voces acclamantis Dei se verba non hominis audire, subito percussus ab Angelo, pernicioso aded morbo contabuit, ut vorantibus vermibus aliquanto post tandem absumeretur; quippè qui, inquit Textus Sacer, non desisset honorem Deo. Eandem omnibus persuasionem stetit in extremo Herodis Magni morbo. Josephus testatur (z), ut scilicet criminum suorum & crudelitatis merito à Deo puniretur.

Non repugnaverim quidem, horum exemplorum plurima Divino esse prodigio deputanda, nec Judæos ita reputantes audeam reprehendere; sed omnia equè prodigia credere vix assentior. Inter pluram enim miracula, plures etiam naturales morbos agnosco; & (ne prodigia non necessaria accumulem) maluerim ego Deum, cùm hominem morbo aliquo percussisse legimus, id commississe tantummodo, ut morbum illum à natura induci in pœnam præcedentium criminum permitteret. Nihil de meo hoc judicio reliquis impostum volo; sed conjecturam meam prodo, quam cæterorum examini permitto, metu ne irreligiosus in Sacras Scripturas videar.

Ita semel Hebræi de causa morborum persuasi, in eam quoque opinionem venerunt, ut morbos omnes tum insitatos, cùm vulgares pravis Angelis tribuerent. Erat, juxta illos, Angelus exterminator, Angelus ultor, Angelus mortis. Cædem primum natu in Ægypto [a], Sennacheribi (b), luem in Populum grassantem (c) Angelo auctori, seu exterminatori ferunt acceptam. Erant, & sunt etiam nostrâ ætate in ea sententia, ut Angelum mortis homines gladio suo perimere (d) sedumque cruore gladium aquâ, quæ fortè in edibus occurrit, eluere arbitrentur. Humor, qui ferali gladio adhæserit, vix esse præstantissimum rati, id summâ curâ efficiunt, ut totâ, quæ fortè domi occurrerit, aquâ statim ab obitu Defuncti effusa, discrimen omne evitent.

Credunt insuper, morborum, quos alioquin naturalibus, pravisque affectionibus Medici tribuunt, sive Dæmonem, sive Lunam in causa fuisse; quemadmodum de morbo Saulis, & de hypocondriacis affectionibus statuunt. Fatemur quidem, plures fuisse hujus generis morbos Dæmoni auctori tribuendos, ipso docente Evangelio; sed vix possumus in animum inducere, ut omnes ex iisdem causis derivandos credamus. Rudis populus nostrâ etiam ætate Dæmoniacos habet plurimos, qui inter stultos, & mania laborantes meritò rejicerentur; plus illi helleboro, purgaminibus, & focillis, quam exorcismis solemnibusque Ecclesiæ precibus, nonnisi exigente necessitate, sive aperta utilitate adhibendis, juvantur.

Alia etiam vetustissimâ accepta traditione inter Judæos opinio fertur, cujus ipsa Patriarcharum historia vestigia appa-

y Actuum 12.
23.

z Antiqu. l.
17. c. 8.

a Exod. 12. 29.

b 4. Reg. 19.
35.

c 3. Reg. 24.
16.

d Vide Job 32.
33. 23. Ps. 34.
5. Prov. 17. 1.
Dan. 13. 55.

59.

rent; eos videlicet, qui rem aliquam in-
suetam per visum spectarint, mortem im-
minentem manere. Agar, objecto sibi per
visum Angelo, ferale mortis suæ omen se
recepisse putabat; sed ab Angelo confirma-
ta, cum tandem animos resumpisset, pro-
digii loco habuit, vidisse se Deum, nil
incommodi expertam (f). Jacob gratias
Deo agit. et eo nomine, quod vidisset
Deum facie ad faciem: Et salva, inquit,
facta est anima mea (g). Deus ipse ita ad
Moysen locutus, profitetur: Non videbit
me homo, Et vivet (h). Hebræi Moysen
rogabant, ut ipse loquendi ad populum
munus assumeret; si forte enim Deus ipse
per se loqueretur, certam sibi mortem ti-
mebant (i). Manue pater Samsonis, ejus-
que conjux, quod Angelum vidissent, fe-
rale sibi illud ominabantur: Morte mori-
mur, quia vidimus Dominum (k).
Qui verò medicinam inter Hebræos,
quemadmodum & de Græcis scitum est,
profiterentur, viros fuisse vulgares,
verbis quibusdam Scripturæ insinuatim vi-
detur. Ejus enim artis præcepta neque à
Principe aliena esse arbitrabantur, cum
Ic. 3. 6. legamus: Apprehendet vir fratrem
suum, domesticum patris sui; vestimentum
tibi est, Princeps esto nosse; ruina autem
hæc sub manu tua: [nempe membra nostra
è lapsu afflictæ medicaminibus fove] Re-
spondebit in die illa dicens: Non sum Me-
dicus, & in domo mea non est panis, ne-
que vestimentum; nolite constituere me Prin-
cipem populi. Et Osee 5. 13. vitio Israeli-
tis vertit, quod spem illi omnem in Af-
syrîis collocassent: Et vidit Ephraim lan-
guorem suum, & Juda vinculum suum; &
abijt Ephraim ad Assur, & misit ad Regem
altorem; & ipse non poterit sanare vos,
nec poterit solvere à vobis vinculum. Et
Zach. 11. 16. Ego suscitabo Pastorem in ter-
ra, qui derelicta non visitabit, dispersum
non quæret, & contritum non sanabit.
Jerem. 6. 14. A Propheta usque ad Sa-
cerdotem cuncti faciunt dolum; & cura-
bunt contritionem filia populi mei cum
ignominia, dicentes: Pax pax (nempe
vulnus obducitur) & non erat pax, (&
recrudescerebat).
Licet autem olim, & nostrâ etiam æta-
te, peritissimi medicinæ professores Judo-
rum aliqui maxime in Oriente habeantur;
in Rabbînorum tamen Libris minùs æqua
de Medicis leguntur; cum Medicos ad il-
los amandent, quos exclusos pronunciant
à Regno, apprecantes illud: Medicorum
optimus in Inferno demergatur; splendide
enim vivit, nec morbum timet; neque cor
suum coram Domino conterit, pauperemque
opem suam illi denegans, interficit. Si quis
verò de peritia Medicorum Judæorum con-
jecturam capere è peritia Rabbînorum in
rebus anatomicis voluerit, nil planè de il-
lis magnificum opinabitur. Receptum est
enim inter eos, in spina dorsi os quoddam,
nomine lux, insertum esse, quod veluti ra-
dicem & centrum omnium partium corpo-

ris habent; inde cor, jecur, cerebrum
verenda, & quid non? Quod autem ma-
ximè ejus ossis virtutem commendat, il-
lud est, nempe integram vel in medio
igne nunquam non manere, ut germen
sit resurrectionis, è quo iterum resolutum
corpus, veluti è semine planta, pullulet.
Enumerant autem in corpore hominis 148.
ossa, & 365. venas, sive ligamenta.
An veteres Hebræi recentioribus præ-
starent in Medicinæ peritia, ambigimus;
illud tantummodo asserendum est nobis,
autumasse illos, ut Veteres ferè omnes,
corporis humani foetum in utero Matris
coagulatione quadam ceu lactis concre-
scere (l); cui deinde Dominum pellem, ner-
vos & tendones inducere. Addebant ossa,
cum salva sunt omnia, succo quodam ma-
descere; arefcere verò continuò ac corpus
vitiatur (m); sicut etiam medullâ ossium
affecta, crudelibus morbis totum corpus tor-
queri (n); vitiosum illum calorem, quem
inflammationem vocamus, ossibus adhaere-
scere (o); oleum, quo extima pellis fo-
vetur, ad usque ossa penetrare (p). Uno
verbo valetudinem omnem, morbumque
ex ossium habitudine rectâ pravâque dedu-
cant. Quin etiam umbilici œconomiam
plurimum ad valetudinem conferre, Salo-
mon insinuare videtur (q); sicut & illum
unctione fotum plurimum contulisse re-
stinguendis depascentibus viscera ardori-
bus (r). Vitam constituebant in sangui-
ne (s). De venis & sanguinis emissionem
ne verbum quidem in Scriptura.
Familiarissimum simulque celebratissi-
mum Hebræorum remedium erat resina
montium Galaad (t), quemadmodum Ju-
pra etiam insinuavimus. Nec sanè Medici
diffidentur, varia resinæ genera confractis
ossibus, stupori membrorum & plagis me-
deri. Non deerant etiam apud illos her-
bæ & plantæ salubres, cujus generis nos
medicinales, illi arbores seu ligna vite
(u), appellabant; sicut vicissim arbor mor-
tis apud illos erat, quæ nobis est planta vi-
rulenta & perniciofa. Author Ecclésiastici
(x), ligni virtutes prosequutus scribit,
Unguentarium variarum rerum admixtione
pharmacum quoddam salutare componere,
cujus odor per totam terræ faciem diffu-
sus, undique pacem & lætitiâ spiraret;
continuò tamen monitum subjungit salu-
tare, ut scilicet primò omnium ægrotus
valetudinem à Deo deprecari studeat, il-
lud etiam committat, ut poenitudine
eludere crimina, oblationes in Templo
feri ex simila, opimisque pecudibus pro-
curet; veluti si è Mundo egressus, jam co-
ram Deo adficeret. Nec tamen ista pro-
hibent, addit, quin à Medicis opem im-
ploret; à Deo enim Medicus creatus
est, suaque pro valetudine infirmi preces
ad Deum interponet. Tandem maximum
aliquod Divinæ ultionis documentum in-
impios exhiberi precatus, optat ut impius
in manus Medici incidat.

DISSERTATIO
DE RE CIBARIA HEBRÆORUM.

Veterum Hebræorum mores
ritusque adeo à nostris ab-
horrent, ut sine ingenti
collato in eam rem studio
penitus explorata hæc ha-
beri non possint. Si quis au-
tem persunderet ea tantum noscere conten-
tus, cætera duxerit negligenda, ille pla-
nè nunquam intimum Scripturæ, justè fer-
mè allegoriâ ed spectantis, sensum as-
sequetur. Inter hæc autem, quæ ad He-
bræorum mores spectant, res eorum ciba-
ria tantò est præ cæteris Eruditorum occupa-
tione dignior, quantò frequentius in Scri-
ptura recurrit, majorique est indagine
tum verborum ambiguitate cum ex dif-
formitate morum scrutanda. Variante enim
fortunâ ejus rei consuetudo apud Judæos
variavit. Abraham è Chaldaea oriundus,
regionis morem & ipse tenuit, & ad filios
transmisit. Eius posteri cum Chananæis
& Phœnicibus tum sedes cum in multis
mores habuerint communes. In Ægypto
plura ex incolis adoptarunt. Dein Moy-
ses invecio ciborum delectu, alii que in Le-
ge sancitis, novam induxit œconomiam;
non usque adeò tamen stabilem, quin pluri-
mum pro locorum varietate variavit. Tran-
slati enim in Babyloniâ, Assyriam, si-
cut & Ægyptum aliasque Orbis regiones
Judæi, mores etiam ad loca conformare
sategerunt; quanquam certis quibusdam
& uniformibus legibus inhærentes, semper
à reliquis earum regionum incolis distin-
guentur.
Illud igitur in hac Dissertatione consi-
lium habuimus, ut varias, pro varietate
temporis, Judæorum in re cibaria consue-
tudines prosequamur; an scilicet assiden-
tes, sive accumbentes cibum caperent,
quem locum in mensa haberent honora-
tissimum, quas ante cibum servarent lu-
strationes; quas & quantas apponerent da-
pes, comedendi horas, vasa in eum usum
&c. Veteribus novas consuetudines adji-
ciemus, quò ex utrarumque comparatio-
ne difformitas sive uniformitas intelli-
gatur.
Veterum Hebræorum convivia, quorum
est in Scriptura mentio, neque gentis po-
litiam, neque in re cibaria gustum satis
commendant. Abraham tres Angelos,
quos sub viri specie hospites exceperat,
lauto convivio refecturus, subinercium
panem, optimiorem vitulum festinato opere
parans, unâ cum lacte, & butyro men-
Disert. Calmet. Tom. I.

Convivia ve-
terum He-
bræorum.

fas instruxit [a]. Porro convivium illud
quantò erat dapium numero pauperius,
tantò fuit earumdem dapium opimitate
solemne; namque tria farinæ lata, quæ
supra 28. pintas singula implebant, inte-
gramque vitulum tribus convivis (Abra-
ham enim stans hospitibus ministrabat)
apposuit. Joseph fratres suos in Ægypto
convivas adhibens (b), quintuplo majori
quam cæteros fratres epulo Benjaminum
donavit. Sauli asinas patris sui quæritan-
ti Samuel quartam vituli partem apposuit
[c]. Is honor hospitibus ejus ætatis. Ap-
parent ejus moris vestigia apud Homerum,
ubi pro viri dignitate victimæ ampliores
minoresve in conviviis adhibebantur. Eu-
menes convivam habens Ulysses, quem
hospitio receperat, quanquam alioqui vi-
rum minimè nosset, pingue convivium in-
struxit; integrum apponens dorsum in-
gentis quinquennalis porci è grege selecti
(d). Nec in cibo tantum servata quanti-
tas, sed etiam in potu, ut conviva digni-
tati responderet. Amplissimi enim viri
plenum semper scyphum coram se habebant;
cùm interim cæteris identidem tantum mi-
nistraretur (e).
Dapum inter convivas portiones assigna-
re, Architrilini partes erant. Quin & ob-
tinuisse olim creditur, ut singuli seorsum
prandentes, positam haberent ante se men-
sam, cui epulæ apponerentur. Eius rei
apparent vestigia in convivio, quo Joseph
fratres suos in Ægypto excepit (f); seorsum
enim singuli fratres assidebant, sicut
& Ægyptii, & ipse Joseph seorsum, po-
sitas ante se mensas habebant. Supersti-
tione quadam induciti Ægyptii renuebant
mensam habere communem cum Joseph,
eiusque fratribus; non enim cibos capie-
bant Ægyptii cum Hebræis. Josephus verò
ut solus pranderet in causa habuit, quòd
fortè amplissimam illam dignitatem gere-
ret. Singuli autem fratres ab Ægyptiis
& à Josepho segregati, servato etatis ordi-
ne sedebant, assignato cuique ab ipso Jo-
sepho loco, quasi ipse singulorum ætatem
non sine ingenti eorumdem virorum ad-
miratione nosset. Cum omnes assedissent,
dapes omnes coram Josepho appositæ sunt,
à quo in singulos convivas distributæ. El-
cana Pater Samuelis epularum partem dua-
bus uxoribus assignavit (g). Apud Ho-
merum singulis convivis sua erat mensa,
& Architrilinus portiones ministrabat.
Mensa Regum Perfarum omnibus illis epu-
lis

a Gen. 18. 6. 7.
b Gen. 43. 34.
c 1. Reg. 9. 24.
d Homer. Odyss. 14.
e Hom. Iliad. 4. Vide Can- tic. 7. 2.
f Gen. 43. 34.
g 1. Reg. 2.